



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnium Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

Trigesimus nonus Antistes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**

ministracionis octauo, mēse septimo, sepultus in  
monasterium vallis diui Lāberti. Cuius mors im  
matura male cessit Leodinis, vt etiam exercitum  
dimittere & valeranium non diutius persequi co  
gerentur. Floruit sub Apostolico Gregorio nono  
no. Imperāte Frēderico secūdo, exedificata sunt  
cœnobia, Hōij cruciferorum, Leodij minorum  
(quod belli reditus dicitur) & Prædicatorū, atq;  
Scholarium, quorū situs est in insula diui Pauli.

¶ Trigesimus octauus Antistes

**G**uilielmus Comitis Flandrorū frater, dissi  
dētibus electoribus Ottoni Traiectēsi Præ  
posito prælatus est. Quē quū in Romāna  
curia superasset, a Gregorio nono cōfirmatus re  
grediēs in via defecit, sepultus in Cathacōba mo  
nasterio Cisterciēsi. Interea ab Ottone alter intro  
duct<sup>9</sup> est, quē alij repudiarūt, & anno toto sedes  
vacauit.

¶ Trigesimus nonus Antistes.

**R**obertus Lingonēsis Episcopus, quū ele  
ctores in tres accliuēs essent, cæteris māsu  
etudine sua cōmendatior, & titulis glori  
osior extitit. Igitur sano concilio Gancathalensis  
Episcopus & german<sup>9</sup> Guliermi, postpositi sunt  
& ipse filius Comitis de Potier præpositus sum  
mi Collegij, ac sacrae Theologiae professor gra  
tiose admissus, ab Iacobo Cardinale & Pontifi  
Max. a latere legato cōfirmatus est. Qui ecclesie

Leodine q̄ plurima preciosa donaria propinaviā  
& populos pacifice moderās, vicinis etiā natio-  
nibus in ore fuit. Nā Guido Antistes Cameracē  
sis eū apprime venerabatur, & q̄ familiarissime  
cōpellabat. Verū tamen ad rē aliquanto avidior,  
& ad honores anhelantior creditus est, q̄ decebat  
Antistitē. Vt enim Archiepiscopatū Remēsem  
nancisci posset Leodinā, gerētē contēpsisse & de-  
traxisse fertur. Quo tēpore tāta siccitas fuit, vt ie-  
iunio quatruiduano publicitus indicto, omnes cō-  
ciliare sibi dominū curarēt. Cūq̄ clerus supplica-  
tionibus intenderet, sub ipsis p̄p̄is sacris repene  
te tanta aquarū abundantia irrorauit, vt suū or-  
dinē incessumq̄ vniuersi intermitterēt, & in edi-  
bus ciuū irruerēt. Obiit in castro fossiensi anno  
salutis Millesimo ducētesimo quadagesimo sex-  
to: decimo septimo Calēdas Nouēbres, āno ad-  
ministrationis sexto, sepultus in monasterio Cy-  
sterciesi, cui religioni singulariter affectus a Ste-  
phano Abbate & primoribus patrib⁹ petiit, vt  
festū beati Lāberti Martyris totus ordo festiuis  
laudibus quotannis celebrarēt. Floruit sub Apo-  
stolicis viris Gregorio nono, Celestino. 4. & In-  
nocentio quinto. Imperāte Fræderico. 2. Claru-  
it Lambertus Canonicus & Cātor diui Dionisi  
qui monasteriū montis roberti reedificauit, post  
quæ Minoritæ cœnobium suum nouem annis

Sirrital  
anue  
oratio  
Mitaculū

coria  
aque.

1246.

inhabitatū reliquerunt, & in Richefontē secesserunt, cuius loci præconiū Sebastianus quidā heremita celeberrimū exhibuerat. Consecrata est etiam ecclesia diui Leonardi apud Hoñum, & sacella aliquot passim constructa, Christiano ritu nuncupata sunt.

*De p[ro]p[ri]o d[omi]ni p[ro]p[ri]o  
i. tuorum d[omi]ni  
ut h[ic] p[ro]p[ri]a  
t[er]ra d[omi]ni  
S[an]cti h[ic] f[aci]t  
h[ic] q[ui] p[ro]p[ri]a*

**¶** Quadragesimus Antistes.

**H**enricus frater comitis Gelrię, vix tādē impellente Petro, Pont. Max. legato, electus est, adolescens ad militiā verius, q̄ ad ecclesię gubernaculū educatus. Neq̄ enim in Episcopū consecratus est, nisi quū cōpellebatur. Ceterū luxu perditissimus, filias ciuiū deperit, & tantisper insecutus est: donec prece vel precio aut etiam vi opprimeret, crimen profecto nō dicā christiano Episcopo, sed etiā homīe indignū. Vnde gnatos ex stupro natos supra viginti habebat. Porro anno salutis Millesimo ducentesimo, septuagesimo quarto, quō romanus Pontifex in Sarracenos exercitū conflaret. Henric⁹ pariter cum Leodinis, Hoñanis, Tungaris atq̄ diōnensibus aduolauit, sed clam apud Vrbanum quartū accusatus, in concilio Lugdunensi destitutus est. Pręfuit annis viginti septē, & adhuc superstes, tres post se vidit Episcopos, quos singulos bello incessere ausus est. Interfectus est autē prope Francimontū ab Oderico de pratis equite

*h[ic] p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a  
v[er]o p[ro]p[ri]a  
h[ic] p[ro]p[ri]a*

*an. 1274*